



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

Cap. 1. De modo celebrandi matrimonium ritè, & solemniter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

9. **CANON VI.** Vide D. Barbof. p. 2. rub. ff. soluto matrim. num. 73. Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 18. num. 3. Gutier. eod. tract. cap. 54. à num. 1. Rebell. de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. quest. 4. num. 1. & sect. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. num. 36. Agid. de Coninck de Sacram. tom. 2. disput. 26. à num. 3. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 4. cap. 6. num. 31. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 4. num. 111. Filluc. in quest. moralib. tom. 1. tract. 10. nu. 60. Paul. Layman. in Theolog. moralis tract. 10. p. 3. c. 6. num. 3. Gasp. Hurtado de matrim. disput. 8. diffie. 4. Sel. in select. canon. cap. 22. num. 8. vbi refert decretum sub die 18. Nouembris 1618. matrimonium reputari ratum, & non consummatum, ad effectum vt vnus ex contrahentibus alio eôtradiciente possit ingredi Religionem si post illud contractum coram parrocho, & testibus copula nō intercessit, quāuis prius non semel etiam cum promissione de contrahendo fuissent fornicati.
10. Sola Ecclesiæ auctoritate, quam per antiquissimam traditionem accepimus, introductum esse vt per vota solemnia Religionis soluat matrimonium ratum, resoluunt Henric. Gandauens. quodlib. 5. quest. 35. Medina li. 5. de sacrorum hominum continentia. c. 86. Agid. de Coninck à tom. 2. disput. 26. dub. 3. conel. 4. Lessi. de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 8. num. 69. Paul. Layman. d. cap. 6. num. 3. Gasp. Hurtado dicta disput. 8. diffie. 4. num. 17. Contra Sor. in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 19. Basil. Pont. in simili tract. lib. 9. c. 5. existimantes dissolui iure diuino.
11. Matrimonium ratum non dissolui per tria vota Societatis per biennium emissa, cum sint simplicia, & non absolute perpetua ex parte admittentis illa, tradunt Henric. in sum. lib. 11. c. 8. Vasq. 1. 2. disp. 165. cap. 10. Sanch. d. lib. 2. disput. 18. Gasp. Hurtado d. disput. 8. diffie. 5. contra Basil. Pont. d. lib. 9. cap. 6.
12. Matrimonium ratū dissolui per professionem in Religione S. Ioannis Hierosolymitani, non ita in alijs Militum Christi, Calatræ, Alcantaræ, S. Iacobi, & similibus non viuentium in claustro, resoluunt Nau. cons. 3. altas 2. in nouis, de conuers. coniug. Henric. d. lib. 11. cap. 8. §. 6. Azor. in sum. moral. part. 1. lib. 13. cap. 3. quest. 2. D. Barbof. in rub. ff. soluto matrim. p. 2. num. 81. late Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 18. per tot. Basil. Pont. d. lib. 9. cap. 7. Gasp. Hurtado d. disput. 8. diffie. 6. Ego ipse de appellatiua verb. vtriusque iuris signis. appell. 233. num. 9.
13. **CANON VII.** Vide Couarr. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 6. num. 15. Nauarr. in man. cap. 22. nu. 21. Fernandez in examine Theolog. moralis p. 3. cap. 16. §. 2. sect. 9. Rebell. de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. quest. 15. sect. 2. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 4. cap. 14. à num. 14. Basil. Pont. de impediment. matrim. cap. 21. in fine. Paul. Layman. in Theologia moral. tract. 10. p. 3. cap. 7. ex num. 7. Gasp. Hurtado de matrim. disput. 11. diffie. cum seqq.
- λ Vel etiam innocentem, &c. Vide Gutier. canon. lib. 1. 14. cap. 25. num. 4. D. Barbof. d. p. 2. rub. ff. soluto matrim. num. 15. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 2. num. 2.
- μ **CANON VIII.** Vide Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 313. vers. porro. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 4. c. 14. n. 14. cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 15. num. 1. Gasp. Hurtado in simili tract. disp. 11. diffie. 5. num. 17.
- ν **CANON IX.** Vide Card. Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 22. cum seqq. Iodoc. Cocc. tom. 2. thesaur. Catholic. lib. 8. art. 6. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 83. lit. A in princ. Henric. in sum. lib. 12. cap. 5. §. 2. lit. l. & §. 9. in princip. Pet. de Ledesma in sum. par. 1. de Sacrament. vbi de sacrament. matrim. cap. 13. conel. 8. Azor. in sum. moral. p. 1. lib. 13. cap. 12. quest. 1. vers. quamquam. Molfes. in summ. Theolog. moral. tract. 4. cap. 9. num. 35. & 37. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 26. num. 1. Gutier. eod. tract. cap. 94. à num. 5. Fernand. in examine Theolog. moralis p. 3. c. 16. §. 1. sect. 3. vers. dico secundum, & sect. 8. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 138. n. 95. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine differ. 24. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 31. n. 120. Agid. de Coninck de Sacrament. tom. 2. disp. 31. n. 66. Paul. Layman. in Theologia moralis tract. 10. p. 4. cap. 3. Bonacin. de matrim. 9. 3. puncto 4. num. 2. Gasp. Hurtado in simili tract. disp. 15. & 16. Thom. Valafe. tom. 1. alleg. 6. nu. 38. Torreblanca de iure spiri. lib. 2. cap. 15. nu. 38. & à num. 66.
- ξ **CANON X.** Vide Victor. de Sacram. vbi de matrim. nu. 246. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. chap. 18. nu. 2. Fernandez in examine Theologia moralis par. 3. c. 19. §. 1. num. 2. Gutier. de matrim. cap. 4. n. 6. Steph. VVeyms in constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, consue. 15. num. 8.
- ο **CANON XI.** Vide Card. Bellarm. in controuerf. Cathol. tom. 2. lib. 1. de matrim. cap. 33. Mariens. gloss. 1. rub. tit. 1. num. 147. lib. 5. noua recopilat. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 9. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 4. cap. 8. num. 73. Cened. ad Decretal. coll. 22. num. 1. in fine.
- π **CANON XII.** Vide Zerol. in praxi p. 1. verb. Matrimonium §. 6. Mart. de iurisdic. part. 2. cap. 8. à princ. Molfes. in sum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 5. num. 26. in fine, & cap. 16. num. 12.

DE REFORMATIONE.

De modo celebrandi Matrimonium ritè, & solemniter.

C A P V T P R I M V M.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Matrimonia, que sunt inuitis, & in scijs parentibus valida sunt.
- 3 Parentes non possunt liberos exheredare, nec eis dotem denegare quod contrahunt matrimonium ipsi inuitis.
- 4 Statutum, seu lex municipalis prohibens filijs matrimonium contrahere sine voluntate parentum non valet.
- 5 Parochus proprius dicitur ille in cuius parochia habitant contrahentes tempore matrimonij.
- 6 Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarū in loco domicilij.
- 7 Fœmina transferens se ad domum concubinarj intentione perpetuè cum illo manendi, non potest validè coram parrocho suæ parochie contrahere matrimonium.
- 8 Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, quamuis illud simulatè habitare inceperint.
- 9 Matrimonium contractum coram parrocho loci vbi contrahentes recreationis causa reperiuntur, non valet.
- 10 Matrimonium contractum coram parrocho loci vbi contrahens moratur tanquam Prator, vel Medicus, valet.
- 11 Matrimonium cōtractum coram parrocho loci exilij imposti donec aliud statutum non esset, est validum.
- 12 Matrimonium contractum coram parrocho loci ad quem ob parentum metum venerant, & in quo

T aliquan-

- aliquantulum permorati erant, valet.
- 13 Parochus proprius dicitur habitationis femine quando ibi contrahitur, & parochus viri sufficit quando contrahitur in parochia habitationis viri.
- 14 Parochus viri ad coniungendos aliquos matrimonio sufficit in parochia mulieris, & e contra.
- 15 Parochi duo quoad matrimonium possunt reperiri.
- 16 Parochus ruralis non est proprius parochus quando rus recreationis causa habitatur.
- 17 Habitans in confinio duarum Ecclesiarum parochialium censetur parochianus illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet.
- 18 Denunciationes sunt faciendæ tribus continuis diebus festiuis.
- 19 Quæ sibi non succedant immediatè.
- 20 Parochus non debet inter vnam & alteram denunciationem multos dies festos interponere.
- 21 Denunciationes nouas præmittere debet qui post primas peractas intra quatuor menses matrimonium non contraxit.
- 22 Denunciationes diebus ferialibus fieri non possunt etiam cum dispensatione Episcopi.
- 23 Denunciationes quando alio die quàm festo fieri possint.
- 24 Denunciationes quando extra Ecclesiam, & Missarum solemniam fieri possint.
- 25 Denunciationes fieri debent à proprio contrahentiũ Parocho, vel ab alio de eius licentia.
- 26 Denunciationes sunt faciendæ in vtraque sponse & sponse parochia.
- 27 Vicarius generalis non potest impedire quòd parochi denunciationes faciant absque sua licentia.
- 28 Denunciationes non sunt de substantia.
- 29 Parochus sine facultate, aut legitima causa matrimonium celebrans prætermisissis denunciationibus peccat grauiter.
- 30 Parochus timore mortis matrimonio assistens omisissis denunciationibus non peccat.
- 31 Parochus, qui omisissis denunciationibus sine licentia Ordinarij aliquos desponsauit, incurrit penam triennalis suspensionis.
- 32 Matrimonium clandestinum dicitur quando illicitè denunciationes omittuntur.
- 33 Parochus non debet ad celebrationem matrimonij deuenire, nisi post trium, vel duorum dierum spatium ab vltima denunciatione.
- 34 Denunciationum vi qui teneantur denunciare.
- 35 Matrimonium domi celebrari potest.
- 36 Parochus tenetur contrahentes interrogare mutuo de consensu.
- 37 Parochus omittens contrahentes interrogare de mutuo consensu grauiter peccat.
- 38 Consensus ad matrimonium requisitus quibus signis exprimi possit.
- 39 Matrimonij ad valorem non requiritur quòd consensus actualis sit simul tempore.
- 40 Matrimonium nullum ex defectu consensus vnus vt reualidetur sufficit, quòd ille, cui deficit consensus verus, solum de nouo consentiat.
- 41 Matrimonij ad validitatem non requiritur vt parochus vtatur aliquibus verbis.
- 42 Sed illorum omisio est peccatum mortale.
- 43 Matrimonij cum probabiliter timeatur malitiosè impediendũ, quomodo denunciationes omitti possint.
- 44 Parochus quando possit denunciationes omittere.
- 45 Pena arbitraria puniendus est ille, qui falsa impedimenta denunciatur, vt matrimonium impediat.
- 46 Matrimonium contractum non præmissis denunciationibus est validum, quamuis Ordinarij recuset dare licentiam quòd fiant post.
- 47 Ordinarij ex causa sibi bene visa potest dispensare, vt omittantur omnes denunciationes, vel aliqua illarum.
- 48 Dispensare in denunciationibus potest Ordinarij vnus ex contrahentibus quando sunt diuersarum diocesum.
- 49 Episcopus potest alteri delegare facultatem dispensandi in denunciationibus.
- 50 Vicarius generalis Episcopi ex vi sui officij potest dispensare, vt denunciationes postponantur, vel omnino omittantur.
- 51 Vicarius generalis Episcopi potest specialiter, non tamen generaliter delegare facultatem dispensandi in denunciationibus.
- 52 Iurisdictionem Episcopalem habentes nullique diocesano subditi possunt denunciationes remittere.
- 53 Abbates, qui habent iurisdictionem Episcopalem possunt denunciationes remittere.
- 54 Abbatias, aut alias dignitates in commendam habentes denunciationes sine speciali commissione Apost. remittere non possunt.
- 55 Vicarius S. Ioannis Hierosol. denunciationes remittere potest.
- 56 Magister scholæ Salmanticen. respectu scholasticorum denunciationes remittere possunt.
- 57 Archiepiscopus denunciationes in alterius etiam diocesani Episcopatu remittere non potest.
- 58 Ordinarij prudentia, & iudicio relinquunt an denunciationes omnes remittantur.
- 59 Ordinarij ex causis iustis potest in denunciationibus dispensare.
- 60 Ordinarij remittendo denunciationes sine iusta & rationabili causa peccat mort.
- 61 Ordinarij ad dispensandum in denunciationibus sufficit si cognoscat extra iudicium causam dispensandi.
- 62 Causa iusta ad dispensandũ in denunciationibus quæ.
- 63 Disparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis est causa dispensandi in denunciationibus vt omnino tollantur.
- 64 Articulus mortis in volente contrahere cum concubina, est iusta causa dispensandi in denunciationibus vt postponantur.
- 65 Verecundia in diu habitis pro coniugibus est iusta causa dispensandi in denunciationibus vt omnino omittantur.
- 66 Vicinitas temporis, quo nuptie solennes prohibentur, est iusta causa dispensandi in denunciationibus vt postponantur.
- 67 Matrimonium quando creditur iniuste impediendum, potest dispensari in denunciationibus vt omittantur.
- 68 Virgo quando est sub tutela iniqui tutoris, est iusta causa dispensandi in denunciationibus.
- 69 Vel si filij essent sub potestate nouercali.
- 70 Magnates quando contracturi sunt matrimonium, & non repente, & occultè, potest dispensari in denunciationibus vt omnino omittantur.

- 71 Ordinarius tenetur dispensare sub peccato mort. in denunciationibus existente iusta causa, & petentibus partibus.
- 72 Præsentia parochi in matrimonijs necessaria non tantum corporea, sed etiam moralis requiritur cū intelligentia, & advertentia actus.
- 73 Parochus qui præsens corpore est, sed animo nihil omnino advertens non assistit validè matrimonio.
- 74 Parochus etiam vi detentus si intelligat consensum contrahentium validè assistit matrimonio.
- 75 Parochus renuens, & dolosè adductus si probè intelligat, & audiat contrahentium verba, validè assistit matrimonio nisi affectatus esset non intelligere.
- 76 Parochum vi adigere, aut dolo inducere ut matrimonio interfit est peccatum mort.
- 77 Præsentia parochi sufficit ad matrimonium etiam si ad alium finem vocatus, & casu præsens sit.
- 78 Parochus potest assistere matrimonio suorum parochianorum in alterius parochia sine licentia parochi illius loci, in quo assistit.
- 79 Putativus parochus validè matrimonio assistit.
- 80 Titulum iniustum beneficii habens parochus validè matrimonio assistit.
- 81 Non promotus infra annum.
- 82 Collationem suam nullam habens, &c.
- 83 Parochus administratione interdictus, suspensus, irregularis, vel excommunicatus non toleratus, modò non sit actualiter depositus, validè matrimonio assistit.
- 84 Schismaticus saltem coloratum titulum habens si non fuit ut talis declaratus, & parochia privatus, validè matrimonio assistit.
- 85 Fornicator notorie.
- 86 Existens in peccato mort.
- 87 Parochus interdictus seu prohibitus ab Episcopo seu eius vicario ne aliquos matrimonio coniungat, validè assistit.
- 88 Parochus non Sacerdos validè matrimonio assistit.
- 89 Sacerdos deputatus à proprio parocho validè matrimonio assistit.
- 90 Sacerdos Regularis potest deputari à proprio parocho ut matrimonio assistat.
- 91 Clerico non Sacerdoti non potest parochus siue Ordinarius concedere licentiam assistendi matrimonio.
- 92 Parochus habet facultatem concedendi licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio suorum parochianorum, quamvis esset irregularis, suspensus, excommunicatus non toleratus.
- 93 Degradatus parochus potest validè alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere.
- 94 Parochus potest facultatem cōcedere alteri Sacerdoti non solum in propria parochia, sed etiam extra illam.
- 95 Vicecurati à parochis propriarijs cōstituti possunt alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere.
- 96 Parochus proprius si nolit matrimonio alioquin licito interuenire, potest ad id cogi per superiorem.
- 97 Matrimonium contractum coram parocho alieno de licentia Ordinarij præter ipsius intentionem valet.
- 98 Iurisdictionem Episcopalem habentes possunt licentiam interessendi matrimonio concedere.
- 99 Abbates Ecclesiarum nulli Episcopo subiectarum, possunt licentiam interessendi matrimonijs concedere.
- 100 Capitulum Sede vacante potest licentiam interessendi matrimonio impartiri.
- 101 Legatus à latere in provincia suæ legationis potest licentiam interessendi matrimonio impartiri.
- 102 Cardinales in Ecclesijs suorum titularum possunt matrimonijs interesse, & interessendi licentiam concedere.
- 103 Archiepiscopus dum actu visitat dioceses suffraganeorum, potest in eis licentiam interessendi matrimonijs concedere.
- 104 Archiepiscopus potest cōcedere licentiam interessendi matrimonijs subditorum suffraganeorum suorum nolente suffraganeo aliquos maritaliter coniungi, & ad ipsum Archiepiscopum super ea re appellatur.
- 105 Vicarius generalis Episcopi ex proprio officio interesse potest matrimonijs, & alij Sacerdoti assistendi licentiam concedere.
- 106 Vicarius Episcopi, qui Sacerdos non est, potest præsentiam matrimonio contrahendo præstare.
- 107 Iurisdictione Episcopi suspensa per excommunicationem, aut suspensionem, potest eius vicarius validè interesse matrimonio.
- 108 Licentia ad interessendum matrimonio debet esse expressa, & non tacita.
- 109 Licentia ad assistendum matrimonio debet actum præcedere.
- 110 Licentia metu vel dolo obtenta sufficit ad assistendum matrimonio.
- 111 Licentia contra prohibitionem Episcopi validè datur ad effectum ut matrimonium contractum coram Sacerdote, cui concessa fuit, validum sit.
- 112 Licentia ad assistendum matrimonio non requiritur in scriptis, sed sufficit verbalis.
- 113 Licentia specialis non requiritur, sed sufficit generalis ad assistendum matrimonio.
- 114 Licentia generalis administrandi omnia Sacramenta sufficit ad assistendum matrimonio.
- 115 Sacerdos delegatus validè matrimonijs assistit dum à parocho concedente licentiam assistendi non revocatur.
- 116 Licentia assistendi matrimonijs, quam parochus alteri Sacerdoti dat, expirat si interim parochus moriatur.
- 117 Matrimonium contractum coram parocho extraneo, qui habet licentiam à proprio parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, est invalidum.
- 118 Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui re vera non habuit à proprio parocho licentiam veram, est nullum.
- 119 Sacerdos credere nõ debet dicenti se licentiam habere à parocho ut possit coram ipso contrahere.
- 120 Præsentia testium & parochi in matrimonio contrahendo debet esse simultanea, & non sufficit successiva.
- 121 Testes quicumque ratione compotes, quamvis impuberes, consanguinei, domestici, femine, aut infames, sufficiunt in contrahendis matrimonijs.
- 122 Testes etiam dolo, & ad aliud vocati sufficiunt in contrahendis matrimonijs.

- 123 Testes etiam vi detenti, & coacti sufficiunt dummodo intelligant consensus contrahentium.
- 124 Testes non desiderantur rogati in matrimonijs contrahendis.
- 125 Contrahentes absque paroco, & alijs testibus sunt inhabiles ad sic contrahendum.
- 126 Concilium potuit personas etsi laicas inhabilitare, & contractum matrimoniij ex causa irritare.
- 127 Matrimonia clandestina, non verò sponsalia irritantur.
- 128 Sponsalia clandestinè contrahentes non peccant.
- 129 Matrimonium contrahentes sine paroco & testibus peccant mortaliter.
- 130 Matrimonium contractum absque presentia parochi, vel duorum, aut trium testium in vim sponsaliorum non resoluitur.
- 131 Sponsalia subsequuta copula coram paroco, & testibus, non transeunt in matrimonium.
- 132 Matrimonium nullum ex publica causa noua indiget presentia parochi ad illud contrahendum.
- 133 Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum est inualidum.
- 134 Matrimonium celebratum sub honesta conditione de futuro, vt validè fiat necessario est adimplenda conditio coram paroco, & testibus.
- 135 Matrimonium coram paroco, & testibus contractum hac conditione, si mulier est legitima, subsequuta copula non est validum si postea constituerit mulierem esse illegitimam.
- 136 Matrimonium celebratum coram paroco, & testibus quando fuit nullum ob impedimentum occultum, non est necessarium ad reuadationem illius, quod iterum coram paroco, & alijs testibus celebretur.
- 137 Dispensatione obtenta non tenetur iterum coram paroco & testibus contrahere, qui iam semel coram eisdem contraxere, inualidè tamen.
- 138 Matrimonium infidelium vt fiat Sacramentum non est necessariò faciendà expressio, & ratificatio consensus coram paroco, & testibus.
- 139 Presentia parochi & testium requiritur vt matrimonium celebratum per procuratorem sit validum.
- 140 Matrimonium absque parochi licentia, vel aliàs non seruata forma Concilij minimè potest celebrari data etiam urgente necessitate.
- 141 Parochus, vel alius Sacerdos, qui cum minori testium numero quàm duorum matrimonio clandestino interfuerit, est grauiter arbitrio Ordinarij puniendus.
- 142 Pena triennalis suspensionis ab officio imposta paroco assistendi matrimonio clandestino non est sublata per hoc decretum.
- 143 Parochus proprius, vel alius Sacerdos de eius licentia assistens matrimonio clandestino ob denunciationum omissionem, suspendendus est triennio.
- 144 Parochus ob licentiam concessam alij Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino incurrit tantum triennalem suspensionem.
- 145 Suspendus ab officio, qui interfuit matrimonio clandestino, non est suspendus à beneficio.
- 146 Episcopus non potest dispensare ab huiusmodi triennali suspensione.
- 147 Contrahentes absque paroco, & alijs testibus vbi Trid. viget, punièd sunt pena graui arbitrio Ord.
- 148 Contrahentes matrimonium ante Ecclesiæ benedictionem acceptam ne cohabeant hortatur Concil. in presenti.
- 149 Matrimonium consummare ante Ecclesiæ benedictionem sublato scandalo non est peccatum mort.
- 150 Benedictionem nuptialem omnino omittere est tantum peccatum veniale.
- 151 Benedictio coniugalis non potest nisi inter Missarum solemnias fieri.
- 152 Benedictiones nuptiales in secundis nuptijs non possunt recipere, qui in prioribus acceperunt.
- 153 Consuetudini legitime digestum circa secundas nuptias benedicendas standum est.
- 154 Parochus vtriusque contrahentis sufficit ad benedicendas nuptias.
- 155 Parochus proprius debet recipere eleemosynam occasione benedictionis, & non alius.
- 156 Episcopi & similes iurisdictionem ordinariam habentes, & eorum vicarij possunt licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales.
- 157 Sacerdos tam secularis, quàm Regularis coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius parochiæ absque licentia, &c. remanet suspensus ab officio.
- 158 Sacerdotes Regulares matrimonia ministrantes, seu solemnizantes non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali ultra suspensionem ipso facto sunt communicati.
- 159 Ignorantia qualibet èt crassa excusat à suspensione.
- 160 Ipso iure.
- 161 Suspensionis pena huiusmodi nedum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi potest.
- 162 Parochus tenetur habere librum in quo coniuges, testes, locum contractus, diem, mensem, & annum describat.
- 163 Parochus obligatur sub mortali ad habendum librum in quo coniuges, &c.
- 164 Matrimonium plenè probatur ex partita desumpta ex libro parochi etiam mortuis testibus, & paroco scribente.
- 165 Fides desumpta ex libro parochi vt probet necessariò est faciendà cum formali transcriptione partite.
- 166 Matrimonium contrahentes cum peccato mort. incurrun peccatum mortale.
- 167 Matrimonium detinere non licet absolutè, & per longum tempus, donec contrahentes orationem Dominicam, &c. didicerint.
- 168 Consuetudines antiquas laudabiles, quæ in contrahendis matrimonijs obseruari solitæ sunt, non tollit hoc decretum.
- 169 Decretum hoc vt robur suum accipiat, requiritur necessariò in parochijs publicari.
- 170 Matrimonium contrahere coram paroco, & testibus tenentur ij apud quos promulgatum est Concilium Trid. si ibi contrahant.
- 171 Non tamen si aliò migrent vbi non est acceptatum.
- 172 Matrimonium non est legitimum si contrahatur inter se conferentes ad locum in quo Concilium non est promulgatum sub animo sine paroco, & testibus contrahendi.
- 173 Matrimonium contrahere coram paroco, & testibus

bus tenetur incola illius loci, in quo non est acceptatum Concilium si diuertat ad locum in quo est receptum.

174 Episcopus non potest matrimonia inualidare per sua decreta synodalia, quæ clandestinè, & sine

parcho, & testibus contracti essent, si ibi non est promulgatum Concil. Trident.

175 Decretum hoc obligat post triginta dies ab eius promulgatione etiam ignorantes quoad annullationem matrimonij.

TAmetsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse matrimonia, quandiu Ecclesia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi sint illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant, a quique falso affirmant, matrimonia à filijs familias, sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit, verum cum sancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodesse, & grauiora peccata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis coniugijs ortum habent, præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quæ de occultis non iudicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur, b iccirco sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio III. celebrati, vestigijs inhærendo præcipit, vt in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter ß à proprio contrahentium Parocho 7 tribus continuis diebus festiuis, d in Ecclesia, inter Missarum solemnias e publicè denunciatur, inter quos matrimonium sit contrahendum, f quibus denunciationibus factis, n si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij, h in facie Ecclesie, procedatur, vbi Parochus, i viro & muliere interrogatis, k & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, l Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuersiuiusque prouinciæ ritum. m Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, v matrimonium maliciôsè impediri possit, si tot præcesserint denunciations, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur, & deinde ante illius consummationem denunciations in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, o nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciations remittantur, p quod illius prudentia, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter, quam p præsentem Parocho, q vel alio Sacerdote, r de ipsius Parochi, v seu Ordinarij q licentia, x & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, & eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, o & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsentem decreto irritos facit & annullat. u u Insuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho, vel Sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, ß ß necnon ipsos contrahentes grauius arbitrio Ordinarij puniri præcipit. 77 Præterea eadem sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem, c in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, d d statuitque benedictionem e e à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, f f nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, alij Sacerdoti concedi possit, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio, non obstante. n n Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, o o siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponfos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere d d si ausus fuerit, ipso iure x x tamdiu suspensus maneat, x x quandiu ab Ordinario eius Parochi qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluitur. u u Habeat Parochus librum, in quo coniugum, & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremo sancta Synodus coniuges hortatur, vt, antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem v v sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum piè accedant. x x Si quæ prouinciæ alijs vltra prædictas, laudabilibus consuetudinibus, & caeremonijs hæc in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam salubria præcepta quenquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt, cum primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari o o in singulis suarum diocesum parochialibus Ecclesijs, idque in primo anno quam sæpius fieri, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper, p p vt huiusmodi decretum in vnaquaque parochia, suum robur p p post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

Vide Perez l. 1. vers. quærit etiam potest. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 27. cum seq. Menoch. conf. 398. Ceual. commun. contra communes quest. 604. Henric. in summ. lib. 11. cap. 3. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 76. Segura Diualos in direct. iudic. part. 2. cap. 15. §. 16. Spin. in speculo testament. gloss. 15. princ. Henric. in summ. lib. 11. cap. 3. Petr. de Ledesma in tract. de matrimon. cap. 45. Gutier. de iurament. confirmat. p. 1. cap. 51. & de matrimon. cap. 55. cum seqq. Possuin. de officio Curati cap. 10. Rebell. de obligat. iustit. p. 2. lib. 2. quest. 7. & lib. 4. in fine. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 30. per tot. Armendar. in addit. ad recopil. logum Nauarre lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrimon. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi c. 15. Barbof. Collect. in Concil. Trid.

§. 10. cum seqq. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. different. 11. Fernand. in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 17. §. 2. & c. 18. Vincent. Filliuc. in q. moral. tract. 10. cap. 6. Bonacin. de matrimon. quest. 2. Basil. Pont. eodem tract. lib. 5. cap. 30. Gasp. Hurtado in simili tract. disput. 5. diff. 3. cum seqq. Paul. Layman. in Theologia moralis tract. 10. part. 2. cap. 4. metipsum de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 32. & de officio, & potestate parochi part. 2. cap. 21.

a Quisq. falso affirmarunt matrimonia à filijs familias, &c. Vide Cassan. in catalogo glorie mundi p. 10. consil. 36. Perez lib. 1. prope fin. vers. constat autem ex prædicto Concil. pag. 36. tit. 1. lib. 5. ordin. Cardin. Bellarmin. lib. 1. de matrim.

T 3 trim.

a Cap. non omnis c. non noratur & c. in. 32. q. 2. c. aliter & c. nostrates 30. q. 5. c. videtur. qui marit. accus. poss. Concil. Tolit. 3. cap. 10. b Conc. Lateranens. in cap. 51. & in c. cum inhibito de clandestin. de sponsal.

c Cap. 1. cum multis seqq. 5 & cap. nulli. 33. q. 2.

d Gratis benedictio detur Alex. III. constitut. sua part. 1. cap. 7. & Innoc. III. in 1. Concil. Later. c. 66.

- trimon. cap. 19. & 20. Couar. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 8. nu. 5. Sayr. in clausi regia lib. 7. cap. 5. num. 12. Cened. ad Decretal. collect. §. 8. num. 7. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 14. num. 4. Gutier. canon. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. & in tract. de matrim. cap. 79. à princ. Rebell. d. lib. 2. quest. 7. sect. 1. Molfes. in summa Theolog. moralis tract. 4. cap. 7. à num. 25. Bonacin. de matrim. quest. 4. puncto 17. num. 23. Melch. Phœbus Lusit. decis. 5. num. 10. cum seqq. tom. 1. Gasp. Hurtado de matrim. disput. 6. diff. 10. in princip. vbi num. seq. post Sanch. Agid. de Coninck & Vasq. resoluit filios posse licite parentibus inuitis matrimonium contrahere; subditque quamuis non sit contra reuerentiam parentibus debitam filios illis inuitis hoc, aut illud matrimonium contrahere, eis tamen inconfutis, seu non certioribus factis contrahere matrimonium aliquod esse grauem defectum irreuerentia, & peccatum mortale, nisi quando filij timent parentes iniuste impedituros matrimonium, aut quando adest alia rationalis causa occultandi parentibus matrimonium.
3. Vnde parentes non posse liberos exheredare, neque eis dotem denegare eo quod contrahunt matrimonium ipsis inuitis, ac proinde esse abrogatas leges cuius es permittentes patri filios exheredare si sine eorum consensu nuperint, tenent Burg. de Pace conf. 20. num. 8. Matiens. l. 2. gloss. 4. per rot. tit. 1. lib. 5. noue recopil. Spin. in ipeculo testament. gloss. 20. princip. ex num. 66. Molin. de primog. lib. 2. c. 16. à princip. Mich. Salon. in 2. 2. quest. 5. de dominio art. 5. in §. questio hac in primis, Menoch. de arbitr. casu 453. nu. 8. & de presump. lib. 4. presump. 189. nu. 55. & consil. 69. à nu. 22. Gutier. pract. lib. 2. q. 1. ex nu. 2. Suid. de aliment. tit. 1. q. 5. nu. 17. Cened. ad Decretal. collect. §. 8. nu. 8. Vazq. disp. 4. nu. 24. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 24. Gasp. Hurtado in simili tract. disput. 6. difficult. 10. nu. 3. in fine.
4. Prou. nec etiam statutum, seu legem municipalem prohibentem filijs matrimonium contrahere sine voluntate parentum valere, nec pœnas ab eo impositas validas esse, sed iure Canonico abrogatas, concludunt Richard. in princip. Iustit. de nupt. num. 6. & 11. & in princip. de inoffic. testam. num. 9. Matiens. d. gloss. 4. num. 49. Petr. de Ledema in summa part. 1. de Sacrament. vbi de sacrament. matrim. cap. 7. concl. 5. dub. vnic. Franc. Viui. Neapol. decis. 523. num. 3. Cenall. commun. contra commun. q. 5. num. 2. & q. 314. num. 3. D. Barbof. in lib. 1. part. 4. num. 27. 32. & 35. ff. soluto matrim. Gutier. canon. lib. 1. cap. 20. num. 2. & lib. 2. q. 1. & de matrim. c. 80. à princip. Valdes. ad Xuar. l. 2. tit. de los casamientos, pag. mibi 50. Bapt. Costa de scientia, & ignorantia, cent. 2. dist. 40. nu. 71. & reg. 1. 1. Mart. de iuris. p. 4. cent. 1. casu 70. Bened. Agid. in repet. l. Titia. part. 3. nu. 30. cum seqq. ff. de condit. & demonstrat. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 7. num. 9. cum seqq. Mastrill. Sicily decis. 163. Bernard. Graux. ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 95. Et ex Patribus Societatis I E S V Henric. in summ. lib. 11. cap. 6. §. 1. littera C. AZOR. institut. moral. p. 2. lib. 2. cap. 2. q. 2. Molin. de iustitia, tract. 2. disp. 176. vers. dubium. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 47. num. 12. Rebell. d. p. 2. lib. 2. quest. 14. sect. fin. Agid. de Coninck de Sacrament. tom. 2. disp. 28. num. 48. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 19. vers. quod verò attinet.
5. β A proprio contrahentium Parocho. Illud dici, in cuius parochia habitant contrahentes tempore matrimonij, existimant Aloyf. Rice. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 224. in 1. edit. alias resol. 214. num. 1. in 1. edit. Bonacin. de matrim. q. 2. puncto 8. numer. 1. Gutier. eod. tract. cap. 64. num. 19.
6. Seu illum dici in cuius parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilij, rectius videntur sentire Pannon. in cap. in nostra 11. de sepult. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 219. num. 6. Spin. d. gloss. 15. num. 47. Henric. d. lib. 11. cap. 3. §. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 76. num. 18. Placc. in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. num. 32. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 50. à num. 45. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 88. Hurtado de matrim. disp. 5. diff. 6. nu. 19. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 2. alleg. 32. num. 59. vbi nu. 64. cum Sanch. d. lib. 3. disput. 23. nu. 14. aduerto non opus esse expectare vt maiori anni parte

parochiani in parochia, vel diœcesi habitent, sed statim ac animam habendi maiori anni parte habentes, incipit habitare et effici parochianos, de quo etiam Emman. Sà in ephorism. verb. matrimonium, nu. 2. & verb. Parochus, nu. 2. vers. ad matrimonium, Basil. Pont. de matrim. lib. 5. c. 1. §. 1. nu. 4. cum seqq. Ferentil. in notat. ad decis. 713. Buratti nu. 15. Rot. in Toletana matrimonij 10. Decembris 1625. coram R. P. D. Merlino.

Vnde feminam, quæ coram Parocho suæ Parochiæ contraxit matrimonium inuadum, seque inde transfuit ad domum concubinarij intentione perpetuo cum illo manendi, non posse postea coram eodem Parocho matrimonium de nouo valide celebrare, tenent Sanch. d. lib. 3. disput. 23. num. 15. Bonacin. d. q. 2. puncto 8. nu. 3. vers. secundum, quos refero d. alleg. 32. nu. 67. & de officio, & potest. Parochi, c. 21. num. 35.

Proprium Parochum illum dici, in cuius parochia contrahentes domicilium habent, quamuis illud data opera habitare inceperint simulate, & animo fraudandi proprios Parochos, resoluit Sanch. d. lib. 3. disput. 18. sub num. 29. vers. ceterum, & disp. 25. sub num. 11. in fine Gutier. de matrim. c. 65. nu. 11. Filluc. in q. moral. tract. 10. de Sacram. p. 1. c. 6. num. 199. Bonacin. d. q. 2. puncto 8. num. 4. quos sequi videtur Rot. in d. Toletana matrimonij.

Matrimonium contractum coram parocho illius loci vbi contrahentes reperiantur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa, non valere, refert decifum Garc. de benef. p. 5. cap. 7. num. 11. ad 4.

Matrimonium contractum coram Parocho illius loci vbi contrahens moratur tanquam Prætor, index, seu medicus temporalis, validum esse, refert pariter decifum idem Garc. d. cap. 7. num. 11. ad 5.

Matrimonium contractum post quartum habitacionis mensem à muliere coram Parocho oppidi, ad quod à ciuitate in qua habitabat, ad scandala submouenda iussu Principis secularis translata fuerat, sub præcepto illinc non discedendi, donec aliud statutum non esset, valere dicit Aldan. in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 8. numer. 10. vbi refert decifum sub die 26. Iunij 1621. per doctrinam Deciani in tract. crim. lib. 4. cap. 16. nu. 16. & aliorum, quos citat Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 23. q. 1. & 3.

Validum fuisse matrimonium cuiusdam iuuenis cum meretrice, qui dubitauerat illud in propria ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Tridenti solemnitates, eo quod iuuenis parentes eis impedimentum de facili factum erant, & propterea Romam venerunt, & coram testibus, & Parocho in Parochia in qua aliquantulum permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præfenti, firmat Aldan. d. tit. 8. num. 12. attestans decifum in Senen. 17. Maij 1600.

Parochum proprium ad coniungendos aliquos matrimonio, qui sunt ex diuersis Parochijs, esse, & sufficere habitacionis femina, quando contrahitur in Parochia habitacionis vxoris, & sufficere Parochum viri, quando contrahitur in Parochia habitacionis viri, resoluit, decifumque referunt Nauarr. in man. cap. 25. num. 144. & consil. 3. sub tit. de clandest. despons. num. 1. in nouis, Spin. d. gloss. 15. num. 47. Segura Daualos d. part. 2. c. 15. num. 47. Trianfan. Venetia decis. 23. num. 1. lib. 1. Sanch. d. lib. 3. disput. 19. Franc. Molin. d. differ. 11. num. 89. Vgolin. de officio, & potest. Episcop. c. 15. §. 10. num. 3. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 15. lib. 1. de matrim. num. 15. & 17. Fernandez d. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 11. Ferentil. in annotat. ad d. decis. 713. Buratti num. 17. Ego ipse d. allegat. 32. num. 65. & d. cap. 21. num. 44.

Et sufficere Parochum viri etiam in Parochia mulieris, & è contra, quia Concil. in præfenti videtur voluisse præfentiam Parochi, & testium ad tollendam clandestinitatem, ad quos sufficit vnus Parochus, siue viri, siue mulieris, resoluit Salzed. ad Bernard. in pract. c. 76. dub. 14. Caualcan. decis. 12. n. 21. p. 2. Spin. d. gloss. 15. nu. 41. Cenall. d. q. 604. num. 6. Hentiq. lib. 11. cap. 3. §. 2. Franc. Leo in thesaur. fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 39. in fine, Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. Parochus, §. 1. Armendar. d. lib. 1. de matrim. numero 7. 13. 14. & 28. Sanch. d. libro 3. disp. 19. ex numero 1. Rebello d. lib. 2. libro 2. quest. 8. Paul. Comitoli resp.

Contra Veracruz *in append. ad speculum, dub. 9. vers. secunda propositio, pag. 42.* Ortiz. *in summa c. 16. de matrim. in fine.* Barthol. de Ledesma *de matrim. dub. 18.* Ioan. Petr. Bimi. *consil. 62. num. 34 lib. 1.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 5. §. 4.* Franc. Leon. *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 37.* Veg. *in summa lib. 4. casu 264. & lib. 6. casu 120.* Rebello *de obligat. iustitia. lib. 2. quest. 9. nu. 3.* Agid. de ConincK *d. tom. 2. disput. 21. à num. 40. & præcipue num. 47.* Cald. Percina *de emp. cap. 3. num. 10. in fine.* existimantes matrimonium clandestinum habere vim sponsaliorum, & obligare ad iterum publicè contrahendum.

Sponsalia subsequuta copula coram Parocho, & testibus non transire in matrimonium stante hoc decreto, resoluunt Petr. de Ledesma *de matrim. quest. 46. art. 2. dub. 2.* Sanch. *d. lib. 3. disputat. 40. num. 7. & lib. 5. disputat. 8. num. 26.* Gutier. *de matrim. cap. 40. num. 13. & cap. 81. num. 11.* Basil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 26. §. 3. vers. antepen.* Agid. de ConincK *d. disput. 22. dub. 7. num. 57. ad fin.* Bonacin. *d. quest. 2. puncto 1. num. 4.* Ego ipse *d. allegat. 32. num. 148.*

Matrimonium nullum ex publica causa noua indigere præsentia Parochi ad illud contrahendum, & non valere dicere fuisse ratificatum per copulam subsequutam asserit Aldan. *in compendio canon. dec. lib. 1. tit. 8. num. 22.* attestans decimum in Balneoregion. 8. Junij 1619. vbi addit dici notorium, & reputari publicam causam si constet ex libro baptizatorum aliquem ex contrahentibus tempore matrimonij non esse legitime ætatis.

Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum, esse inualidum, etiamsi post obitum matris per septennium cum viro permanserit, & filios susceperit, tradunt Seraphin. *dec. 900.* Gregor. XV. *dec. 395.* Aldan. *d. lib. 1. tit. 8. num. 24.* vbi refert decimum in Romana 15. Septembris 1629.

Matrimonium celebratum sub honesta conditione, de futuro, vt validè fiat, necessariò esse conditionem adimplendam coram Parocho, & testibus, celebratum verò sub conditione de presenti, vel de præterito, requiri conditionem adimpleri coram Parocho & testibus, vel vt Parochus, & testes cognoscant conditionem de presenti, vel de futuro esse adimpletam, resoluunt Petr. de Ledesma *de matrim. questione 47. articulo quinto, dub. 7. conclus. tertia.* Agid. de ConincK *d. como secundo, disput. 27. dub. primo, numero 15. & dub. 2. numero 33.* Gutier. *de matrim. cap. 31. num. 7.* Bonacin. *d. quest. 2. puncto 10. num. 22.* Ego ipse *d. alleg. 32. num. 156. contra Sanch. lib. 5. disput. 8. num. 28.*

Matrimonium coram Parocho, & testibus contractum, hac conditione, si mulier est legitima, subsequuta copula non esse validum si postea constiterit mulierem esse illegitimam, resoluit Aldan. *dicto tit. 8. num. 29.* vbi attestatur ita decimum de anno 1620.

Ad reualidandum matrimonium publicè, & plene probabile nullum, quamuis coram Parocho, & alijs testibus celebratum, necessarium esse illud iterum coram Parocho, & alijs testibus celebrare, resoluit Gaspar Hurtado *de matrim. disput. 3. diff. 11. num. 40.*

Matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus, quando fuit nullum occultè ob defectum consensus occultum, aut ob impedimentum aliquod occultum, non esse necessarium ad reualidationem illius quod iterum coram Parocho, & alijs testibus celebretur, resoluunt Nauarrus *in manual. capitulo 22. numero septimo,* V 2 Petr.

- Petr. de Ledesma *quest. 45. art. 5. concl. 2. ante ultim. dub. Sanch. lib. 2. disput. 37. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 183. ad finem. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. num. 83. cum segg. Aegid. de Coninck d. tom. 2. disput. 24. nu. 83. Franc. Molin. d. different. 11. num. 160. Bonacin. d. quest. 2. punto 9. num. 10. Henriq. d. lib. 11. cap. 3. §. 6. Gaspar Hurtado d. disput. 3. difficult. 11. num. 41. Ego ipse d. cap. 21. num. 83. & 84.*
- Contra Palat. in 4. dist. 27. quest. 1. Gutier. canon. lib. 1. cap. 18. Barthol. de Ledesma de matrim. dub. 17. Basil. Pont. de Sacrament. matrim. li. 5. cap. 6. existimantes celebrantem matrimonium publicè iuxta formam huius decreti, subsistente aliquo impedimento occulto, eo sublato cogi de nouo eandem formam obseruare.
147. Vnde obtenta dispensatione non teneri iterum coram Parocho & testibus contrahere, qui iam semel coram eisdem contraxerunt, inualidè tamen, propter defectum consensus utriusque contrahentis, vel propter metum utriusque incussum, vel cum impedimento dimenti, tenent Nauarr. in man. cap. 22. num. 70. Henriq. d. lib. 11. c. 3. §. 2. Fr. Emman. in summa tom. 1. cap. 208. nu. 7. Franc. Sylui. in addit. ad 3. p. S. Thomæ quest. 45. art. 2. quest. 2. conclus. 4. Aegid. de Coninck d. tom. 2. disput. 24. dub. 10. nu. 83. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 246. in 1. edit. Sanch. lib. 2. disput. 32. num. 13. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 183. ad fin. Gutier. de matrim. cap. 46. num. 15. Bonacin. d. quest. 2. punto 9. nu. 2. Rebell. d. part. 2. lib. 2. quest. 9. num. 5. & seq. Possenn. de officio curati cap. 10. num. 25. Anton. Diana resol. moral. p. 2. tract. 1. miscel. resoluit. 5. Ego ipse d. allegat. 32. nu. 167. & d. cap. 2. num. 82.
- Contra Spin. d. gloss. 15. princ. num. 62. Gutier. de matrim. cap. 76. num. 32. Cened. ad Decretal. collect. 58. num. 4. & canon. quest. lib. 1. q. 30. num. 11. Paul. Comitoli respons. moral. lib. 1. q. 120. num. 3. & q. 123. num. 3. Basil. Pont. de Sacramento matrim. lib. 5. cap. 6. nu. 5. Zambran. in decis. casuum conscient. tempore moriss. cap. 7. dub. 2. existimantes inualidè contrahentes ob defectum consensus, vel cum impedimento dimenti obtenta dispensatione teneri iterum consentire ante Parochum, & testes.
138. Expressionem, & ratificationem consensus non esse necessariò faciendam coram Parocho, & testibus, vt matrimonium infidelium fiat Sacramentum, resoluit Nauarr. conf. 4. in fine, sub tit. de pactis in antiq. aliàs consil. 2. in fine, sub tit. de conuors. infidel. in nouis. Fr. Emman. in summa tom. 1. cap. 230. num. 1. Sanch. lib. 2. disput. 9. num. 1. Rebell. d. lib. 2. q. 6. num. 5. Gutier. de matrim. cap. 42. num. 6. Bonacin. d. quest. 2. punto 2. num. 6. Ego ipse d. alleg. 32. num. 158. & d. cap. 21. num. 85.
139. Præsentiam Parochi & testium requiri vt matrimonium celebratum per procuratorem sit validum, tenet Henriq. d. lib. 11. cap. 2. §. 6. Sanch. lib. 2. disput. 12. num. 3. & lib. 3. disput. 8. num. 24. Aegid. de Coninck d. disput. 24. dub. 9. num. 78. Gutier. de matrim. cap. 45. Bonacin. d. quest. 2. punto 5. num. 5. Vgolin. dict. cap. 15. §. 10. num. 4. verf. qua. Ego ipse d. alleg. 32. num. 159. Andr. Victorel. in notis ad Possenn. dict. cap. 10. numero 46. vbi dicit quòd vt procurator validum matrimonium alieno nomine contrahat, quatuor requiruntur conditiones. Prima vt speciale mandatum habeat ad matrimonium contrahendum. Secunda vt mandatum sit ad inuendum matrimonium cum certa persona. Tertia vt procurator id muneris per se obeat, non enim substituere potest nisi mandatum expresse hoc explicet. Quarta vt dum consensum præbet, facultas reuocata non sit.
140. Data etiam virgente necessitate minimè posse matrimonium absque Parochi præsentia, vel aliàs non seruata forma Concilij, celebrari, quia absolute in hoc decreto irritatur matrimonium absque Parocho, resoluit Sarmient. lib. 1. select. cap. 6. num. 7. Nauarr. conf. 44. de sponsal. aliàs consil. 6. de clandest. despons. Segura Davalos d. part. 2. cap. 15. num. 44. Henriq. d. lib. 11. cap. 3. §. 1. & 8. Gutier. de matrim. cap. 61. num. 4. cum segg. Sanch. lib. 3. disput. 17. Aegid. de Coninck d. disput. 27. dub. 1. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tom. 2. tract. 11. cap. 7. quest. 14. resoluit. 3. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 6. Gaspar Hurtado in simili tract. disput. 5. difficult. 3. Rota decis. 646. num. 1. part.
1. diuers. & in Vicentina matrimonij 11. Martij 1624. coram R. Seleucien.
- Contra Veracruz in appendice ad speculum coniug. dub. 4. Iacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 86. num. 4. verf. 2. Vega in summa lib. 3. casu 361. existimantes validè fieri matrimonium absque Parocho dum fiat coram alijs testibus quando absque graui incommodo, siue in articulo mortis, siue extra nequit matrimonium omitti, aut differri, & parochus nequit haberi.
- a. o. Insuper Parochum, vel alium Sacerdotem, &c.] Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minori testium numero quàm duorum matrimonio clandestino interfuerit, esse grauius arbitrio Ordinarij puniendum, ex his verbis colligit Sanch. d. lib. 3. disput. 48. num. 2. in fine, & Gaspar Hurtado de matrim. disput. 5. diff. 17. numero 54. verf. deinde.
- Penam suspensionis triennalis ab officio (non tamen ipso facto) impositam Parocho, vel alij Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino sine alijs testibus, de qua in cap. ultim. §. fin. de clandest. desponsat. non esse sublata per hoc decretum, sed prætere licere Ordinario in illum alia pena arbitraria animaduertere ad eius temeritatem, & præsumptionem coercendam, tradunt Verac. in appendice ad speculum dub. 11. in fine, Maiol. de irregularit. libro 3. cap. 23. numero 16. Salzed. dict. cap. 76. verf. octauo non est obliuioni, Petr. de Ledesma in summa part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. matrim. capitulo 6. concl. 4. dub. 16. Fr. Emman. etiam in summa tom. 1. cap. 221. numero 4. Aegid. de Coninck dict. disputazione 27. numero 84. Franc. Molin. dict. libro 2. different. 11. numero 147. cum segg. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disputazione 11. de suspens. cap. 5. in princip. Ego ipse d. alleg. 32. num. 162. & d. c. 21. nu. 106.
- Contra Matienf. d. gloss. 7. num. 2. in fine, tit. 1. lib. 5. noua recopil. Sanch. d. lib. 3. disput. 48. num. 4. Gaspar Hurtado d. disput. 5. diff. 17. num. 55. existimantes cessare hodie dictam suspensionem triennem per penam arbitriam impositam in hoc decreto.
- Si proprius Parochus, vel alius Sacerdos Regularis, aut secularis de eius licentia interfuit matrimonio valido, clandestino tamen ob denunciationum omissionem, cum Tridentinum in hoc nullam statuatur penam, standum esse penæ d. cap. ult. ac prout suspendendum esse triennio, resoluit Henriq. d. lib. 11. cap. 5. §. 6. Maiol. d. lib. 3. cap. 25. num. 17. & 18. Sanch. d. lib. 3. disput. 48. num. 5.
- Parochum ob licentiam concessam alij Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino tantum incurere predictam triennem suspensionem, de qua in d. cap. ultim. quia Concilium suspendit Parochum, vel alium Sacerdotem coniungentem, & non exprimit dantem licentiam, mandantem, vel consulentem, affirmant Sanch. d. lib. 3. disput. 49. Mari. Alter. d. cap. 5. verf. secunda principalis questio. Ego ipse d. alleg. 32. num. 163.
- Suspensum ab officio, qui interfuit matrimonio clandestino, non esse suspensum à beneficio, quia d. cap. ultim. solum mandat suspendendum esse ab officio, tenet Sanch. d. lib. 3. disput. 51. Mari. Alter. d. cap. 5. verf. quariò dubitatur. Ego ipse d. alleg. 32. num. 165.
- Episcopum in huiusmodi triennali suspensione dispensare non posse, resoluit Cou. de sponsal. part. 2. cap. 6. in princ. nu. 14. Henriq. in summa lib. 13. cap. 39. §. 3. Sanch. d. lib. 3. disputazione 52. Mari. Alter. d. cap. 5. verf. quinto Ego ipse d. alleg. 32. num. 166.
- Nec virtute Concilij sess. 24. de reformat. cap. 6. id Episcopo permissum esse asserunt Sanch. d. disp. 52. num. 4. Mar. Alter. d. cap. 5. prope finem. Ego ipse dicta alleg. 32. num. 176. ex ratione, quia hæc suspensio non incurritur ipso iure, sed per sententiam iudicis cognitione præmissa de delicto, vnde supponitur delictum deductum ad forum contentiosum.
- ¶ Necnon ipsos contrahentes, &c.] Vide Gaspar Hurtado de matrim. disput. 5. diff. 16. num. 52. vbi etiam addit per cap. fin. de clandest. despons. contrahentes clandestine absque testibus, & forsitan etiam absque proprio Sacerdote, vbi Tridentinum non viget, puniendos esse pena arbitraria, & eorum prolem esse illegitimam, quando contrahunt in gradu prohibito, quamvis ignoran-

ignoranter, & num. 53. subdit quod in aliquibus diocesis contrahentes absque Parocho, & alijs testibus excommunicantur ipso facto excommunicatione synodali, & quod in Hispania per l. 1. tit. 1. lib. 5. noua recop. mulctantur poena priuationis omnium bonorum, & exilij ab ea, & quod possint à parentibus exheredari.

148. ¶ Præterea eadem S. Synodus hortatur ut coniuges ante benedictionem, &c. Vide Rebell. d. p. 2. lib. 2. q. 7. num. 2. Franc. Leon. in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. num. 48. vers. nam licet, Aegid. de ConincK d. tom. 2. disput. 27. à num. 71. Basil. Pont. de impediment. matrimon. c. 26. §. 2. condit. 4. vers. ex quibus, me ipsum d. alleg. 32. num. 179.

149. Unde peccatum mortale non esse matrimonium consummare ante Ecclesie benedictionem sublato scandalo, & contemptu legis Ecclesiasticae, maxime si probabile sit incontinentie periculum, resoluit Paul. Fufc. de Visitat. lib. 2. cap. 3. num. 21. Cou. de sponsal. part. 2. c. 7. §. 2. num. 2. Viuald. in caudel. auroo part. 1. vbi de matrim. num. 267. Ludou. Lop. in instrum. conscient. part. 2. de matrim. vers. deinde discipulari soles, Perez l. 1. vers. quare potest tit. 1. lib. 5. ordin. Matien. ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 98. lib. 5. noua recop. Petr. de Ledefma de matrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. 1. & in summ. part. 1. de Sacramento, vbi de Sacramento. matrim. cap. 6. concl. 7. prope fin. Spin. d. gloss. 1. §. 1. num. 18. Henriq. d. lib. 11. cap. 5. §. 7. in fine, & cap. 7. §. 3. & cap. 16. §. 3. Cened. ad Decretal. collect. 49. num. 3. & pract. ac canonic. quest. lib. 1. quest. 30. prope fin. Rebell. d. part. 2. lib. 2. quest. 7. num. 2. Aegid. de ConincK d. tom. 2. disput. 27. num. 71. cum seqq. Basil. Pont. de impediment. matrimon. cap. 26. §. 2. vers. ex quibus, Sanch. d. lib. 3. disput. 12. Gutier. de matrim. cap. 48. num. 3. & cap. 106. num. 13. Bonacin. eod. tract. quest. 4. puncto 6. num. 1. in fine, & nu. 4. vers. rogabatur quare. Ego ipse d. alleg. 32. num. 181. & d. cap. 21. num. 96.

150. ¶ Statuitque benedictionem, &c. Benedictionem nuptialem omnino omittit esse tantum peccatum veniale, quia est sacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neque valide congruens progressui matrimonij, tenent Sanch. dicto libro 3. disputatione 82. numero 6. Gaspar Hurtado de matrim. disputatione 5. diffie. 23. numero 83.

Contra Ochagau. tract. 5. quest. 5. & alios existimantes esse mortale.

151. Benedictionem coniugalem non posse nisi inter Misfarum solemniter fieri, resoluunt Aldan. d. tit. 8. num. 31. vbi asserit decimum in Pisaurum. 13. Julij 1630.

152. Contrahentes secundas nuptias, & in prioribus benedictionem accipientes non teneri, nec posse in secundo matrimonio recipere benedictiones, quamuis vnus ex coniugatis tantum secundo nubat, & forte primum eius matrimonium fuerit inualidum, resoluit Nauarr. in man. cap. 22. num. 33. Perez l. 1. vers. est alia poena tit. 1. lib. 5. ordin. Moz. de contract. tit. de matrim. cap. de natur. iuribus matrimon. num. 10. Menoch. de arbit. casu 417. num. 2. Cened. ad Decretal. collect. 49. num. 1. Aegid. de ConincK d. disput. 27. dub. 8. num. 72. Gutier. d. cap. 106. num. 14. cum seqq. Sanch. lib. 7. disput. 82. num. 15. Rebel. d. part. 2. lib. 3. quest. 20. num. 2. Bonacin. d. q. 4. punct. 6. num. 4. Gaspar Hurtado d. diffie. 23. num. 84. ex ea ratione, quia benedictiones huiusmodi non respiciunt nuptias, sed personas.

153. Consuetudini legitime diocesum circa secundas nuptias benedicendas standum esse asserunt Possuin. de officio Curati c. 10. num. 48. Gaspar Hurtado d. diffie. 23. num. 84. in fine, & illam generaliter obtinere ut possit benedictio solemniter fieri si femina nondum fuisset benedicta, obseruant Cou. de sponsalibus part. 2. c. 8. §. 11. num. 2. Greg. l. 2. verb. no douen ser velados tit. 11. part. 4. Marc. Antonin. Genuen. in pract. Archiep. Neapol. c. 59. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disput. 11. de suspens. cap. 4. vers. tertio dabitur, Alyof. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 313. in fine 2. edit. Ego ipse d. alleg. 32. num. 184. sed Sanch. lib. 7. disput. 82. num. 23. aliter sentit.

Benedicendum esse sponsum & sponsam si contractis sponsalibus per verba de futuro antequam coram Parocho, & testibus matrimonium contraxerint, inuicem se cognouerint, tenent Aldan. dict. tit. 8. num. 40. attestans Barbof. Collect. in Concil. Trid.

fic fuisse decisum sub die 2. Octobris 1593.

¶ A proprio Parocho. Sufficere Parochum vtriusuis contrahentes, resoluit Cened. ad Decretal. collect. 81. numero 8. Sanch. libro 7. disput. 82. numero 4. Armendar. d. l. 1. de matrim. numero 32. Gutier. de matrim. cap. 106. numero 8. & 9. Bonacin. dict. questione 4. puncto 6. numero 3. Ego ipse dict. alleg. 32. num. 185.

Contra Paul. Fufc. de Visitat. lib. 1. cap. 3. num. 21. Cauall. part. 2. decis. 12. à num. 21. Ceual. d. quest. 6. 4. num. 148. existimantes non esse integrum vtriusuis contrahentis Parocho benedictiones huiusmodi impartiri, sed id esse Parochi mulieris.

Parochum proprium debere recipere eleemosynam occasione benedictionis, & non alium, tenet d. cap. 21. num. 99. vbi dixi ita fuisse decisum à S. Congreg. Rit. in Acherontina 25. Ianuarij 1602.

¶ Nisi ab ipso Parocho, vel Ordinario licentiam, &c. Episcopos, & similes iurisdictionem ordinariam habentes in suis diocesis, necnon & eorum vicarios generales posse licentiam concedere impartendi benedictiones nuptiales suis subditis, resoluit Gutier. de matrim. cap. 96. num. 7.

¶ Quod si quis Parochus, &c. Sacerdotem tam secularem, quam Regularem coniungentem in matrimonium, vel benedicentem subditos alterius Parochie absque licentia proprij Parochi, vel Ordinarij, remanere suspensum ab officio donec ob Ordinario Parochi obtineat absolutionem, resoluit Henriq. in summ. lib. 13. cap. 38. §. 2. in fine litt. E. & cap. 39. §. 3. littera C. Fr. Emmanuel. quest. regul. tom. 3. quest. 2. art. 1. Portel. in dub. regular. verb. matrimonium numero 1. Hieron. Roderic. in compendio quest. Regul. resol. 93. num. 6. Soar. tom. 5. disput. 31. sect. 1. num. 18. Sanch. dict. libro 3. disput. 52. num. 4. Bonacin. de censur. disputatione 3. questione 6. puncto 5. numero 19. Gaspar Hurtado in simili tract. de censur. vbi de suspens. diffie. 13. num. 40. vers. nono, & de matrim. disput. 5. difficult. 17. numero 57. & diffie. 23. in fine. Ego ipse dict. allegat. 32. numero 186. cum seqq.

¶ Sicut Regularis. Sacerdotes Regulares matrimonia ministrantes, siue solemnizantes, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali vltra suspensionem, quam ipso iure incurunt per hoc decretum, ipso facto excommunicatos esse, excommunicatione Sedi Apostolice reseruata, de qua in Clem. 1. de priuileg. tenent Nauar. conf. 1. num. 7. de penis in antiq. & conf. 10. de constitut. in nouis, Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 25. num. 12. vers. clandestinum, Vgolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 15. §. 12. num. 8. Sanch. d. lib. 3. disput. 48. num. 8. & 9. Molfes. d. tract. 4. cap. 8. num. 66. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disput. 11. cap. 4. vers. sed querer, Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 48. art. 2. Hieron. Roderic. in compendio quest. regul. resol. 93. nu. 6. Ego ipse d. alleg. 32. num. 192. & d. cap. 21. num. 105.

Contra Henriq. in summ. lib. 13. cap. 38. §. 2. in commento littera E. Soar. tom. 5. de censur. disput. 12. sect. 4. num. 13. Sayr. in simili tract. lib. 4. c. 15. num. 10. Bonacin. eod. tract. disput. 3. questione 6. puncto 5. numero 19. in fine, & de matrim. questione 4. puncto 6. numero 3. Basil. Pont. de impediment. cap. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 10. & §. 6. in prime existimantes Religiosum benedicendo absque praefata licentia praeter suspensionem non incurtere excommunicationem latam in d. Clem. 1.

¶ Ausus fuerit. Ergo quamlibet ignorantiam, etiam crassam excusare à suspensione, dummodo non sit ita crassa ut sit ingens temeritas, resoluit Sanch. d. lib. 3. disput. 48. num. 7. Gutier. de matrim. cap. 75. num. 16.

¶ Tandiu suspensus maneat. Ergo ipso iure, quia sunt verba praesentis temporis, que latam sententiam important, ut per Franc. Molin. d. differ. 11. nu. 150. quem refero d. cap. 21. num. 108.

Hanc suspensionis poenam ne dum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi posse, resoluit Franc. Molin. d. differ. 11. num. 149. Hurtado de censur. tractat. de suspens. difficult. 13. num. 40. vers. nono.

¶ Quandiu ab Ordinario. Ergo etiam ab eius vicario, ut per Sanch. d. lib. 3. disputatione 52. num. 4. Mari.

154

155

156

157

158

159

160

161

- Alter de censur. tom. 2. disputatione 11. de suspens. cap. 5. in fine. **162.** *u. u. Habeat Parochus librum, &c.*] Parochum teneri habere librum in quo coniuges, testes, locum contractus, diem, mensem, & annum describat, per hoc decretum aduertunt Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 3. nu. 26. Nauarr. in man. cap. 62. num. 79. vers. quinto, Azcued. lib. 8. num. 2. tit. 1. lib. 5. noua recep. Cenall. d. quest. 604. num. 138. Henric. d. lib. 11. e. 7. §. 4. Thom. Valasc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 72. num. 106. Possiu. de officio Curati c. 6. num. 24. & c. 12. num. 42. Homobon. de Bonis de humana vita statibus p. 1. cap. 14. in fine, Nicol. Genoa de prinata scriptura lib. 5. q. 6. Molles. in summ. Theolog. moral. tract. 4. c. 2. nu. 68. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 653. num. 63. & seq. Basil. Pont. de impediment. matrimon. c. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 9. Aegid. de Coninck d. tom. 2. disput. 27. num. 74. Rebelle. d. part. 2. lib. 2. quest. 7. num. 6. Ego ipse de officio, & potest. Parochi cap. 7. num. 6. vbi num. 9. potui formulam obseruandam à Parochis in describendis matrimonijs in libris ad id deputatis.
- 163.** Et ad hoc obligari Parochum sub mortali propter finem necessarij vitandi lites, tenent Sanch. d. lib. 3. disput. 15. num. 22. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 242. vers. vltim. Gutier. de matrim. c. 60. num. 9. Nald. in summ. verb. Parochus num. 20. Basil. Pont. loco proxime citato, Possiu. d. cap. 12. num. 44. Ego ipse dict. alleg. 32. num. 174. & dict. cap. 7. numero 8.
- 164.** Vnde ex partita desumpta ab hoc libro, etiam mortuis testibus, & Parocho scribente absque alijs probationibus plenè probari matrimonium concludit Caualecan. decis. 12. sub nu. 22. vers. & liber Parochi part. 2. Mascard. de probat. conclus. 672. num. 18. cum seqq. Menoch. conf. 199. nu. 3. Lancel. Gallia conf. 15. num. 3. Sanch. d. lib. 3. disput. 15. nu. 22. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 9. d. num. 35. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 33. vers. nihilominus, Aloyf. Rice in decis. Curia Archiepisc. Neapol. par. 4. decis. 238. num. 6. Girba ad consuetud. Messanenens. cap. 1. gloss. 1. p. 1. nu. 19. Rot. decis. 750. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 340. part. 2. etiam diuers. D. Noguero. alleg. 23. num. 104.
- 165.** Vt fides desumpta ex hoc libro in iudicio prober necessario faciendam cum formali transcriptione paritè de verbo ad verbum sicut iacet, aduertunt Beltramin. in annot. ad Greg. XV. decis. 359. num. 9. Ferentil. in annot. ad Burratum decis. 11. num. 5. Rota in Toletana capella 18. Maij 1615. coram. R. P. D. meo Pirouano, & in Aesna bonorum 17. Maij 1617. coram bona mem. Andrea.
- 166.** *vy Sua peccata diligenter confiteantur.*] Contrahentes igitur matrimonium cum peccato mortali indignè recipere Sacramentum, ac proinde peccatum mortale incurrere, resoluit Fr. Emman. & Sanch. citati à Gutier. de matrim. cap. 83. num. 13. & à Bonacin. in simili tract. quest. 4. puncto 6. num. 1. vers. sexto, quibus adde Fernand. in examine Theologiae moralis part. 3. cap. 18. §. 1. num. 8.
- Eos tamen non committere duo peccata mortalia, vnum quatenus recipiunt Sacramentum, alterum verò quatenus administrant, sed solum quatenus, recipiunt, tenent Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 7. quest. 1. art. 5. Sanch. lib. 2. disput. 6. num. 4. Bonacin. de Sacrament. disput. 1. quest. 3. puncto 2. §. 2. nu. 10. Nec aliud incurrere peccatum quatenus videntur præceptum Concilij in præfenti confessionem præcipiens violare, quia consilium, & non præceptum quoad hoc continet decretum in præfenti, tradunt Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 49. Basil. Pont. de impediment. matrimon. cap. 26. §. 2. vers. ex quibus, condit. 1. Ego ipse d. alleg. 32. num. 172.
- 167.** Non licere absolute, & per longum tempus, aut vbi sponsi instarent, detinere matrimonium, donec contrahentes orationem saltem Angelicam, & Dominicam, Symbolumque fidei, præcepta Decalogi, & Ecclesiam, ac septem peccata capitalia didicerint, expedire tamen similiter, & absque violentia ad breue tempus impedire, tradunt Sanchez. d. lib. 3. disput. 15. sub num. 19. Campan. in diuersor. iuris Canonice. rubr. 11. cap. 14. num. 7. Aloyf. Rice in praxi verum fori Eccles. decis. 638. in 1. edit. alià resolut. 576. in 2. edit. Ego ipse d. allegat. 32. num. 173.
- Contra Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 11. Veg. lib. 3. summ. casu 211. existimantes impediri posse ob dictam causam ne matrimonium contrahatur, nisi contrahentes præfentio, aut ingenij rudis tarditate profus incapaces sint.
- ¶ Si que provincia, &c.*] Antiquas consuetudines laudabiles, quæ in contrahendis matrimonijs obseruari solite sunt, decretum in præfenti non tollere, asserit Franc. Molin. dicto libro. 2. differ. 11. numero 151. Laudabiles autem consuetudines illas dici, quæ canonicis decretis non aduersantur tradunt de hoc decreto loquentes Cened. ad Decret. collect. 58. num. 6. & Franc. Molin. dicta differ. 11. numero 151. & 156. Subdit quandoque laudabilem dici consuetudinem, quæ iuri communi aduersatur, cum ex temporum mutatione, mutari quoque saepe & statuta, & consuetudines etiam iuri contrarias expediat, cap. fin. de consang. & affin.
- ¶ In singulis suarum diocesium Parochialibus, Sec.*] Ratione speciali fit in hoc Decreto præceptum publicationis in singulis Parochialibus Ecclesijs, cum alias sufficiat cæteras leges & Principum constitutiones in Curia publicari, etiam si reuocatorie fuerint aliarum legum, & constitutionum, vt aduertit Anguian. de legib. lib. 4. controuers. 1. num. 27. cum seqq.
- ¶ Vt huiusmodi decretum in vnaquoque Parochia, &c.*] Necessario requiri in Parochijs publicari hoc decretum ad hoc vt robur suum accipiat, nec in publicationem in diocesana Synodo factam equipollere, decem refert Armend. in addit. ad recopil. legum Nauarre. lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. numero 62. Et rationem reddit Basil. Pont. de impedim. matrimon. cap. 26. §. 2. vers. 4. dicens hoc non nasci ex eo quòd lex ad sui obligationem exigat vt acceptetur à populo, sed ex speciali dispositione Ecclesie in hoc casu, quæ hanc legem obligare noluit, nisi post promulgationem in singulis Parochijs factam, trigintaque à publicatione diebus elapsis.
- Ad matrimonium igitur contrahendum coram Parocho, & testibus obligari eos, apud quos promulgatum est Concilium Tridentinum, & receptum, qua publicatione nondum facta nullam obligationem arcere, habitatores, nec ignorantes ligare, prout in quibusdam Gallie, & Polonie partibus, tradunt Petr. de Ledesma in summ. part. 1. de Sacram. vbi de sacra. matrim. cap. 6. concl. 4. dub. 5. Cenall. d. q. 603. num. 143. Nauarr. conf. 8. num. 1. sub tit. de clandest. despons. Henric. d. lib. 11. cap. 33. §. 8. Galer. in margarit. casuum conscient. verb. matrimonium pag. 163. col. 2. Sanchez. d. lib. 3. disput. 18. num. 1. Molles. in summa Theolog. moral. tract. 4. cap. 9. num. 19. Rebelle. dict. lib. 2. quest. 7. sect. 3. Gutier. de matrim. cap. 61. num. 12. Basil. Pont. d. §. 2. vers. quarto.
- Vnde illos, qui sunt incolæ vnus loci, in quo promulgatum, & acceptatum est Concilium, si alio migrent, vbi non est acceptatum, posse ibi valide contrahere, seruata, quoad fieri possit, antiqua lege ecclesiastica, siue illac transeant, siue domicilium ibidem collocauerint, asserunt Petr. de Ledesma de matrim. quest. 4. art. 4. puncto 3. Henric. d. lib. 11. cap. 8. §. 8. Sanch. d. lib. 3. disput. 18. num. 28. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 176. Basil. Pont. dict. cap. 26. §. 2. vers. hinc etiam fit eos, & de matrim. lib. 5. cap. 9. Rebelle. d. part. 2. libro 2. questione 7. num. 15. Aegid. de Coninck d. disput. 27. dub. 1. num. 14. Gutier. dict. cap. 61. num. 12. Bonacin. dict. questione 2. puncto 8. num. 2. Molles. d. tract. 4. cap. 9. num. 21. Filliuc. dicto tract. 10. cap. 6. num. 200. Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 11. cap. 7. quest. 17. resolut. 3. vers. secundo, Gaspar Hurtado de matrim. disputatione 5. difficult. 4. in princip. Aldan. in compendio canon. decis. libro 1. tit. 8. numero 40. vbi id verum credit si recessus à loco habitationis fuisset factus ad euitanda impedimenta, puta inimicitias, & obstacula parentum, secus si recessus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum, & refert sic fuisse decem die 7. Februarij 1602. cuius memini de officio & potest. Parochi, cap. 21. num. 92.
- Hinc etiam matrimonium non esse legitimum si contrahatur inter se conferentes ad locum in quo Concilium non est promulgatum sub animo sine Parocho & testibus contrahendi, resoluit Aldan. d. tit. 8. num. 41. asserens

asserens decifum in Colonien. 5. Septembris 1626. & in Antuerpien. 16. Decembris 1628. quarum memini d. cap. 21. numer. 93.

Incolam illius loci, in quo non est acceptatum Concilium Trid. teneri matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si diuertat ad locum, in quo est receptum, tenent Petr. de Ledefma d. 9. 45. punct. 3. ad fin. Sanchez d. lib. 3. disput. 18. nu. 26. Valer. Reginald. d. lib. 31. nu. 176. Aegid. de ConincK d. tom. 2. disp. 27. dub. 1. ad fin. Molles. d. tract. 4. cap. 9. nu. 20. Bonacin. d. puncto 7. num. 5. Ego ipse d. alleg. 32. num. 155. & d. cap. 21. num. 94.

Episcopum non posse matrimonium invalidare per sua decreta synodalia, quae clandestinè, & sine Parocho, & testibus contracta essent, si sibi non est promulgatum. Concilium Trid. ita ut matrimonia etiam post huiusmodi decretorum publicationem aliter contracta, si nullum obstat legitimum impedimentum, valida ac firma sint, resoluit Aldan. d. tit. 8. num. 23. asserens quòd ideo coniuges, qui alias inter se validè matrimonia contraxerint, illisque postea per Episcopum tanquam contra formam sui decreti nullis declaratis separati fuerunt, ac insimul habitare desierunt, omnino cogendi sunt,

ut in dictis matrimonijs contractis permaneant, atque vna simul tanquam veri coniuges cohabitent; ij verò qui primis matrimonijs aliàs validè, & publicè contractis & consummatis ab Episcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis, secundò contraxerunt, similiter ad priora redire, ac in illis permanere cogendi sunt, & huiusmodi secunda matrimonia post publicationem & consummationem priorum contracta nullo modo, etiam prae textu cuiusvis grauis, & eminentis scandali tolerari possunt, ac debent; & in fine testatur ita fuisse decifum in Russ. 18. Nouembris, & 2. Decembris 1628.

pp. Post triginta dies, &c.] Ab hoc tempore obligare, quoad annulationem matrimonij etiam ignorantibus, post Medin. Henric. & Petr. de Ledefma, resoluit Sanchez dict. libro 3. disputat. 17. numero 10. ad finem, Gutier. de matrimo. cap. 61. num. 11.

Vnde ea matrimonia irrita in praesenti declarari quae post triginta dies à die publicationis huius decreti in Parochia factae clandestinè contrahuntur, refert decifum Armendar. tit. 1. de matrimo. numero 61.

Cognatio spiritualis orta ex Baptismo, aut Confirmatione, inter quas personas contrahatur.

C A P V T II.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Doctores de materia cap. agentes.</p> <p>2 De cognatione spirituali Pius V.</p> <p>3 Patrini duo ad summum, vnus vir, vnaque femina adhibentur in Baptismo.</p> <p>4 Cognatio contrahitur cum omnibus si plures duobus designati suscipiant baptizatum de Baptismo.</p> <p>5 Designare, & admittere in Baptismo plures quàm vnum, & vnam, est peccatum mort.</p> <p>6 Episcopus non potest dispensare vt duo viri, vel duae feminae simul suscipiant.</p> <p>7 Patrimos adhibere non est de essentia sacramenti Baptismi.</p> <p>8 Patrini in Baptismo debent esse baptizati, & in Confirmatione confirmati.</p> <p>9 Haereticus suscipiendo, vel baptizando cognationem contrahit.</p> <p>10 Excommunicati, interditi, & criminosi non possunt esse patrini.</p> <p>11 Mutus homo, & muta mulier prohibentur esse patrini.</p> <p>12 Abbates, Monachi, & Religiosi saltem claustrales prohibentur esse patrini.</p> <p>13 Pueri cuiuscunque aetatis possunt esse susceptores legitimi, & contrahunt cognationem suscipiendo, modò habeant usum rationis.</p> <p>14 Patrini possunt esse minores baptizato.</p> <p>15 Cognatio spiritualis oritur ex Baptismo non solemniter priuatim facto.</p> <p>16 Baptizans laicum in extremo necessitatis articulo contrahit cognationem spiritualem.</p> <p>17 Cognationem nullam contrahit leuans in Ecclesia vbi seruatae fuerint necessitates verè domi baptizatum.</p> <p>18 Matrimonium liberè, & licitè contrahi potest inter personas in hoc decreto nominatim expressas.</p> <p>19 Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrimos.</p> | <p>20 Cognatio spiritualis à viro contracta non transfunditur in uxorem, vel è contra.</p> <p>21 Vir, & uxor suscipientes alienum puerum in Baptismo non peccant.</p> <p>22 Patrimus potest matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit.</p> <p>23 Matrimonium contractum sine dispensatione inter filium susipientis, & baptizatum valet.</p> <p>24 Cognatio spiritualis non contrahitur inter infidelem baptizantem, & fidelem baptizatum.</p> <p>25 Cognationem aliquam non contrahit fidelis baptizans, aut suscipiens filium infidelium, cum parentibus infidelibus.</p> <p>26 Procurator non sibi, sed mandanti contrahit cognationem spiritualem.</p> <p>27 Cognatio spiritualis contrahitur inter susipientem in Baptismo, ac parentes carnales licet illegitimos suscepti.</p> <p>28 Parochus debet habere librum in quo describat omnes, qui in Ecclesia sua baptizantur.</p> <p>29 Baptismus, & aetas, probatur ex partita extra per Parochum à libro Baptismi.</p> <p>30 Origo etiam probatur.</p> <p>31 Compatres duo, vel commatres si in libro Baptismi sint descripti, ratione incertitudinis prohibentur inter se contrahere.</p> <p>32 Cognationem contrahunt plures quàm duo susipientes in Baptismo, quorù nullus fuit designatus.</p> <p>33 Cognationem contrahunt omnes designati à parentibus, vel ab alijs curam infantis habentibus, modò tangat simul.</p> <p>34 Cognatio contrahitur cum eo, quem vocauit Parochus casu in Ecclesia ingrediente, non admittendo designatum à parentibus.</p> <p>35 Contractus requiritur ad contrahendam cognationem spiritualem.</p> <p>36 Cognatio spiritualis contrahitur in hoc casu.</p> <p>37 Cognationem spiritualem non contrahit mulier ex eo, quòd</p> |
|--|--|